



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ignatius Episc. M. 1. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. IGNATIUS EPISC. M.
1. Februarij.

IGNATIUS ex Joannis Apostoli schola docilis oppidò discipulus tam altè in pectus suum demisit JESU amorem, ut hunc unum loqui lingua, hunc unum dictare animus sciret, illum unum denique in deliciis ei verbum esset, *Amor mens crucifixus est.* Certè quod hunc ubique præ se ferret, gloriosam Théophori nomen reportavit. Illud quantum amantis animi robur fuit, cum sancte audax omnia tormenta, omnes mortus unus unicus provocare in certamen non dubitavit; cum ad bestias damnatus, laborantibus ex hostili manu eripere Præsulem suum Christianis, solus nimirum ipse intercessit, DEI amore obtestatus, ne ad coronam currenti obsisterent. Et vero prægustasse, cum Romam iret, ferarum rabiem sibi ipse visus est, in X. militibus, qui custodiæ causâ additi, usque adeò hominem exuerant, ut familiari joco leopardo eos vocitarit. Jam caveis einissi leones horrendo rugitu theatrum compleverant, & ecce IGNATIO pie adhuc ludere placuit. Frumentum CHRISTI se dictitabat, gestire moralibus bestiarum commoli, quo delicatus panis Superum mensæ apponeretur. Sed hem

majus

76 VITÆ SANCTORUM. I. P.
majus tibi miraculum ! Elidunt fau-
JESUM suum inclamanti ora crudelis
tacere lingua cogitur amores suos ; q
expectas ? frustre silentium linguae imp-
ratur , ubi cor est eloquens. In hoc
quidem disertis literis exaratum repen-
runt familiare illud linguae J E S U n-
men ; breve quidem tam angusti mon-
menti , sed longè pulcherrimum Epita-
phium. Ex Sur. C^o Metaphr.

Electuarium habes reconditum in vase
lo vocabuli hujus , quod est JESUS , salu-
ferum , certe , quodque nulli unquam pse-
tua inveniatur ineffi cax. Semper tibi i-
sinus sit , semper in manu ; quo tui omnes
J E S U M sensus dirigantur C^o alio
S. Bern. serm. 15. in Cant.

S. EPHREM SYRUS. I. Feb.

F Ortè fortunâ F R H R E M puer in bu-
culam offendit foetu gravidam. Hanc
ubi crebrâ lapidatione confecit , domi-
num insuper ejus obvium ; & perquam
amicè de bove rogitantem convitis one-
ratum dimisit. Haud multò pōst cùm
eandem viam relegeret , deprehensus à
tenebris , mapalibus vicinis successit;
noctu cùm lupi gregem diripiissent , pa-
stores dannum furibus adscriperunt , &
E P H R E M U M velut proditorem vincitum ad
Prætorem abduxerunt. Hic ille interlon-
gam carceris mortum cùm menses ali-
quot